eſt amica iuſticia Jam cum ad
ipſas rerum temporalium va
rietates cogitatio humana cō-
uertitur. quante ſe opponūt ca
ligines. quanti prauarū opini
onū oboriūtur errores: vt de
obiecto contrariorum ſumat
materia querelarum Nam li-

cet omnium fidelium corda nō
dubitent. nullis mundi hui9
partibus. nulliſqʒ temporibꝫ
prouidentiam abeſſe diuinam
nec de ſtellarū poteſtate q̄ nul
la eſt ſecularium negotiorū pē
dere prouentus ſed equiſſimo
et clemētiſſimo ſummi regis ar
bitrio cuncta diſponi. quoniā
ſicut ſcriptum eſt. vniuerſe vie
domini miſericordia et veritas
tamen cum quedam non ſecun
dum deſideria noſtra procedūt
et ſub humani errore iudicij ſu
perior eſt. plerumqʒ iniq̄ tāq̄ʒ
iuſti: vicium nimis atqʒ conta
gium eſt. vt etiam magnani-
mos iſta concuciant et in ali-
quos illicite cauſationis mur-
mur impellāt. Siquidem iſtis
varietatibus etiam excellentiſ
ſim9 propheta dauid vſqʒ ad
periculum ſe turbatum profite
tur et dicit Mei autē pene mo
ti ſūt pedes. pene effuſi ſūt grē
ſus mei. quia zelaui in peccato
ribus pacem peccatorū vidēs
Unde quia paucorum eſt tam
ſolida fortitudo. vt nulla ineq̄
litatum perturbatione quatiā-
tur et multos fidelium nō adū
ſa tantum. ſed etiā ſecūda cor
rumpant. ſanandis vulneribꝫ
quibus humana īfirmitas ſau
ciatur diligens eſt adhibenda
curatio Ideo enim de periculis
quibus mundus plenus hic ē
quedam breuiter percucurri.

vt dicẽte ſcriptura quis glãbit
caſtum ſe habere cor aut mun
dũ ſe eſſe a peccato · omnes ſibi
intelligãt delictorũ indulgẽtiã
et reparationis neccãm eſſe me
dicinã. Quãdo aũt dilcĩſſimi o-
portunı̃ꝰ ad remedia dĩna de-
currimꝰ . q̃ꝰ cũ ipſa nobꝭ ſacra-
menta redemptioĩs noſtre tem
pis lege referũtur · que vt dig-
niꝰ celebremus ſaluberrime ie
iunio nos q̃dragĩta dieꝝ pre-
paremꝰ · Nõ eĩ hij q̃ p mortis
criſti reſurrectioniſqꝫ miſteriũ ·
in nouã vitam baptiſmo rege
nerante ſũt venturi · ſed etiã õ-
nes populi renatoꝝ vtilit ſibi
et neceſſarie preſidiũ huiꝰ ſan
ctificationis aſſumũt : illi vt q̃
nondũ habent accipiãt · iſti vt
accepta cuſtodiãt · Dicẽte nã
qꝫ apoſtolo · qui ſtat videat ne
cadat · nemo eſt tanta firmitate
ſuffultus · vt de ſtabilitate ſua
debeat eſſe ſecurꝰ · Vtamur igit
dilectiſſimi huiꝰ tẽporis vene-
rabilibꝫ ĩſtitutis · et ſollicitiore
cura cordis nrĩ piacula terga-
mus Quãtũlibet eñi caſte et ſo
brie mortalis hec vita ducat ·
quodã tñ puluere terrene con-
uerſationis aſpgitur · et nitor
mentiũ ad dei imaginem cõdi-
tarum nõ ita a fumo tocius va
nitatis aliena eſt · vt nulla poſ
ſit ſorde fuſcari · et nõ ſp ĩdige
at expoliri · Quod ſi etiã cautiſ
ſimis aĩs neceſſarium ẽ q̃to ilt

ãpliꝰ ẽ expetẽdũ qui tota fere
te ãni ſpatia aut ſecuriꝰ aut ne
gligentiꝰ tranſierũt · quos ca-
ritate debita cõmonemꝰ vt nõ
ideo ſibimet blandiãtur qꝛ no
bis cõſcie ſingulorũ patere nõ
pñt · cũ oculos dei ſcimꝰ vniu-
ſa cernentes · nõ abdita locorũ
nõ parietũ ſepta ſecludãt · nec
ſolũ ei acta et cogitata : verũ et
agenda et cogitãda ſint cogni
ta Iſta gº ſciã ſũmi iudicis iſte
ẽ tremẽdus aſpcũs · cui puiũ ẽ
omẽ ſolidũ et aptum omẽ ſecre
tũ · cui obſcura clarẽt · muta reſ
põdẽt · ſilentiũ cõfitet · et ſñ vo
ce mens loq̃t · Nemo paciam
boĩtatis dei de peccõꝝ ſuoꝝ ĩpuni
tate cõtẽpnat · nec iõ illũ eſtĩet
nõ offenſũ · qꝛ nõdũ ẽ expertꝰ
iratum · Non ſunt longe vite
mortalis ĩdutie · nec diuturna
eſt licentia inſipientium volup
tatum in eternarũ dolorẽ tran-
ſitura penarum . ſi dum iuſtiti
e ſententia ſuſpenditur penitẽ
tie medicina nõ queritur Con
fugiamus ergo ad preſentem
vbiqꝫ miſericordiam dei · et vt
ſanctum paſcha domini digna
obſeruantia celebretur cuncto-
rum ſe fidelium corda ſanctifi-
cent · miteſcat ſeuitia · manſueſ
cat iracũdia · rmittant ſibi oẽs
culpas inuicẽ ſuas : nec exactor
ſit vĩdicẽ q̃ petitor ẽ venie · dicẽ-
tes ei : dĩtte nobꝭ debita nr̃a ſi-
cut et nos dĩttĩꝰ dbitoribꝫ nr̃is

duriſſimis vinculis nos illiga-
mus niſi quod profitemur im
pleam? · vnde ſi orationis hu-
ius ſacratiſſimum pactum nō
tota ſui conditione ſeruatum ē
nunc ſaltē cōſcientiā ſuā vnuſ-
quiſqꝫ cognoſcat et alienis ig
noſcendo delictis · abſolutioēm
ſuorum obtineat peccatorum
Dicente namqꝫ dn̄o ſi dimiſeri
tis hominibus peccata eorum·
dimittet et vobis pater veſter
q̄ui in celis ē delicta veſtra non
longe eſt ab vnoquoqꝫ quod
poſcit cum de benignitate ſup-
plicis ſententia pēdeat iudicā
tis · qui humanarum precum
miſericors et iuſtus auditor · e
quitati ſue de noſtra lenitate p̄
ſcipſit · vt nō haberet ī eo ius
ſeueritatis quos nō inueniſſet
cupidos vltionis · Clementes
autem atque mites animos
etiam largitas decet · nichil ei
eſt dignius q̄ꝫ vt homo ſui ſit
imitator auctoris · et ſecundū
modum proprie facultatis di-
uini ſit operis executor Nam
cū aluntur eſurientes · veſtiun
tur nudi · fouentur infirmi · nō
ne auxilium dei manus explet
miniſtri · et beignitas ſerui mu
nus eſt domini · qui cum ad ef
fectus miſericordie ſue adiuto-
re nō egeat · ita ſuam omnipo
tentiam temperauit · vt et labo
ribus hominū per homines ſub
ueniret · et merito deo gratie re
ferrentur de pietatis officijs cu
ius opera viderent ī famlꝭ · ppt
quod ipſe dominus diſcipulis
ait · Sic luceāt opera veſtra co
ram hominibus · vt videntes
opera veſtra bona magnificēt
patrem veſtrum qui in celis ē·

Sermo ſextus de eodē

Semper quidem dilc̄iſſi
mi miſericordia domi
ni plena ē terra et vni
cuiqꝫ fidelium ad colendum de
um ipſa rerum natura doctri-
na eſt · dum celum et terra · ma
re et omnia que in eis ſunt bo
nitatem et omnipotentiam ſui
proteſtantur auctoris · et fam
lantium elementorum mirabi
lis pulchritudo iuſtam ab in
tellectuali creatura gratiarum
exigit actionem · ſed cum ad i
ſtos recurritur dies quos ſpe-
tialius repationis humane ſa
cramenta ſignarunt · et qui vi
cino ordine atqꝫ contiguo feſ
tum paſchale precedunt · dili
gentius nobis preparatio reli
gioſe purificationis indicitur ·
Quamuis enim in quolibet tē
pe innocens ſit vita multorū·
et plurimos deo bonorum ac-
tuum conſuetudo commendet ·
non adeo tamē de cōſcientie in
tegritate fidendum eſt vt hūa
na fragilitate int̄ ſcādala tēp
tatioēſqꝫ degente nichil potuiſ
ſe arbitremur quod lederet eā
īcidere · cū ꝓpha excellētiſſim?

dicat: Quis gloriabitur caſtū
ſe habere coꝛ: aut mundum ſe
eſſe a peccato: et iterū Ab occł
tis meis munda me domine. et
ab alienis parce ſeruo tuo Si
autem quod experimētis pro
batur talis conditio eſt eorum
qui concupiſcentijs renitūtur
qui iracundie motibus reluctā
tur: et ipſarum cogitationum
archana caſtigāt: vt nūꝗ͂ poſ
ſint in cordibus ſuis nō inuenī
re quod reprobent: et ſepe aut
fallantur occultis: aut grauen
tur alienis: que in alijs vitia:
que egritudines · quātaqꝫ ſint
vulnera · quibus auſterioꝛ ſit
adhibenda medicina · vt illiꝰ
ſacramenti per quod ſoluunꝰ
opera diaboli nō inueniātur a
lieni · Paſchalis q̄ppe feſtiuita
tis hoc proprium eſt vt tota ec
cleſia gaudeat remiſſione pec
catorum · que non in eis tantū
fiat qui ſacro baptiſmate rena
ſcuntur. ſed etiam in eis qui du
dū in adoptiuorum ſorte dinu
merabāꝰ · ꝗ͂uis em̄ principali
ter nouos homines faciat r̄ge
nerationis ablutio: quia tamē
ſupereſt omnibus contra rubi
ginē mortalitatis cotidiana re
nouatio · et īter profectuū gra
dus nullus eſt qui non ſemper
melioꝛ eſſe debeat. generaliter
annitendum eſt vt in die r̄dēp
tionis nemo inueniatur in viciis
is vetuſtatis · Quod ergo ī om

ni tempore dilectiſſimi vnum-
quēqꝫ cōuenit facere criſtianū ·
id nūc ſollicicius ac deuotiꝰ ex
equatur vt apoſtolica inſtituti
o quadraginta dierum ieiuni-
is impleatur · nō ciborum tan-
tummodo parcitate · ſed priua
tione maxime vitiorum Nam
cū ad hoc caſtigatio iſta ſuma
tur vt carnalium deſideriorum
fomites ſubtrahantur · nullū
magis ſectandum eſt continē-
tie genꝰ ꝗ͂ vt ſemper ſimꝰ ab
iniuſta voluntate ſobrij. et ab i
honeſta ieiunii actione · Que de
uotio nō omittit egros · nō ſe-
cernit inualidos quia etiam in
languido atqꝫ inutili corpore
poteſt anime integritas reperi
ri · ſi vbi fuit ſedes prauitatis i
bi confirmētur fundamēta v̄tu
tis Et ideo infirme carnis iſta
ſufficit egritudo que ſepe men-
ſurā voluntarie afflictiōis exce
dit. tm̄ vt mens offitij ſui im-
pleat pteſta que corporea epu
latione nō vtitur · nulla iniq̄ta
te paſcatur · Nonalibus autē
ſcīſqꝫ ieiunijs nulla vtiliꝰ ꝗ͂ e
lemoſinarum opa copulāꝰ · q̄
vno mīe noīe multas laudabi
les pietatis cōtinēt actioēs · vt
oīm fideliū pes aī eē poſſint. e
tiā it̄ īpes facultates · dilcāo ei
q̄ ſimꝉ deo hoīqꝫ debeꝰ · nullis
vnꝗ͂ ita īpediaꝰ obſtaculis vt
non ei ſemper bene velle ſit libe
rū · Dicentibus quippe angelis

gloria in excelſis deo · et in ter
ra pax hominibus bone volun
tatis : non ſolum virtute beni
uolentie · ſed etiam pacis bono
beatus efficitur: quicunqȝ alijs
quacūqȝ miſeria laborantibus
caritate cōpatitur Latiſſima er
go ſunt opera pietatis : que ip
ſa ſui varietate id veris confe
runt criſtianis : vt in distributi
one elemoſinarum nō ſolū di
uites et habundantes · ſed eti
am mediocres et pauperes ſu
as habeant portiones · et qui
largitatis ſunt viribus inequa
les · mentis tamen affectiōe ſi
miles ſint · nam cum ſub ocul
domini multi in gazophilatio
ex opulentia ſua multa confer
rent : vidua quedam duos ītu
lit nummos · et tali ihesu criſti
teſtimonio meruit corōari · vt
in tam paruo muneris modo ·
omniū collationi fuerit cōdig
na preferri · quia inter magna
eorum dona quibus multa re
ſidebant · illi? quod fuit exigu
um fuit totum · Si vero aliquiſ
tante paupertatis coartat an
guſtijs vt nec ad duo era ino
pi impartiēda ſufficiat · habet
in preceptis domini vnde īple
at bone voluntatis offitiū · Si
quidem ſi ſitienti pauperi cali
cem aque frigide miniſtrarit ·
mercedem ſit ſui operis adeptu
rus · tota ſeruis ſuis domino
ad obtinendum regnum ſuū
preparante compendia · vt eti
ā prebitio aque cui? vſus gra
tuitus atqȝ communis eſt pre
mio nō careret · quod ne vlla īt
cluderet difficultas de aqua fri
gida forma eſt propoſita pie
tatis ne putaret ſe mercede cari
turum · cui de calefactione po
tus lignorum impendium de
fuiſſet · de quo tamen calice nō
fruſtra ammonet dominus vt
in nomine ipſius prebeatur :
quia hec que per ſe ſunt vilia :
fides efficit precioſa · et que ab
infidelibus miniſtrantur · etiā
ſi fuerint ſumptu magna om
ni tamen iuſtificatione ſunt va
cua · Celebraturi igitur dilectiſ
ſimi paſcha dōmi ita vos ſanc
tis exercete ieiunijs vt ab omi
bus perturbationibus liberi ·
ad feſta ſacratiſſima veniatis ·
ſuperbie ſpiritus · de quo ſunt
ōnia orta peccata humilitatis
amore pellatur et qui elatione
tumuerant manſuetudine miti
gentur Quorum vero animos
aliqua exaſperauit offenſio rē
conſiliatione ſibimet in vnita
tem ſtudeant redire concordie
nemini malum pro malo red
dentes et donantes inuicē vob
ſicut criſt? donauit nobis · hu
manas inimicitias pace delete
Si quis de ſubditis veſtris ā
clauſtra cuſtodie · aut vincula
meruerūt miſericorditer relax
entur · vt qui cotidie īdulgētie

remedijs indigemus nō diffi-
cilter peccatis ignoſcamus ali
enis: dicentes em̄ ad dn̄m pa-
trem noſtrum · dimitte nob̄ de
bita noſtra ſicut et nos dimitti
mus debitoribus noſtris cer-
tiſſimū eſt ꝙ cum aliorum deli
ctis veniam tribuimus: nob̄ di
uinā clemētiam ꝑpareꝰ · Per

De eodem ſmo ſeptimus

Virtus dilectiſſimi et ſa
pientia fidei criſtiane ·
amor dei ē ⁊ amor px
imi · neqꝫ vllo caret pietatis of
ficio · cui ſtudium eſt colere deū
et iuuare cōſeruum · Harū aūt
affectionum duplex vnitas oī
quidem tempore eſt exercenda
et proficienter augēda: ſed nūc
incrementis amplioribus dila
tanda: vt quadraginta dierū
ieiunium quod feſti paſchalis
eſt preuiū · interiorē cordis au
ditum illius vocis īſtar mone-
at: qua verbis yſaie prophete
iohēs baptiſta docebat Parate
viam domini rectas facite ſemi-
tas eius · Siue em̄ illam ꝑtem
populi cogitemus q̄ dudū cer
tamina euāgelici agonis īgreſ
ſa per ſpiritalis ſtadij curſum
indeſinenter tendit ad palmā ·
ſiue illam que letalium conſcia
peccatorum per rconſiliatiōis
auxilium feſtinat ad veniam:
ſiue illā que ſancti ſpiritus rge
nerāda baptiſmate · vetuſtate
adam exui: et criſti cupit noui

tate veſtiri apte et vtiliter omī
bus dicitur Preparate viā do
mini rectas facite ſemitas eius
Que autē vie domini · queve
ſint ſemite eiuſdem predicato
ris cohortatione diſcamꝰ · qui
diuīe gratie opera et dona pro
mittens: futurarum commuta
tionum reſerabit effectus · ad
dens ſententiam prophetici ſer
monis et dicens · Omnis val
lis implebitur · et omnis mōs
et collis humiliabitur: et erūt
praua in directa: et aſpera in
vias planas: vallis itaqꝫ man
ſuetudinem humilium · mons
et collis elationem indicat ſuꝑ
borū · ſed quia ſicut veritas di
cit: qui ſe humiliat exaltabit̄:
et qui ſe exaltat humiliabitur:
merito et vallibus adimpletio
et montibus eſt annuntiata de
preſſio: vt plana nichil offen
ſionis · et directa nichil habeāt
prauitatis Quamuis enim an
guſta et arta ſit via que ducit
ad vitam · nō tamē difficulter in
cedit · quē vitas cōfirmat et pie
tas · nec caret delectatione gra
diendi cuius iter efficit virtutū
petra ſolidum · nō vitiorū are
na ſuccibuum Verū vt plenius
nouerimus per cuiuſmodi vi
as nobis ſit ad dī promiſſa tē
dendū audiaꝰ dauid ꝓphām
q̄d doceat Vniuerſe inquit vie
dn̄i mīa et veritas Forma igit̄
conuerſationis fideliū · ab exēplo

venit operum diuinorū: et me
rito deus imitationem ſui ab e
is exigit: quos ad imaginem
et ſimilitudīem ſuam fecit Cu
ius itaqꝫ glorie dignitate non
aliter potiemur ꝙ in nobis et
miſericordia inueniatur et veri
tas. per que enim ad ſaluādos
ſaluator venit. per hec ad ſal-
uantem debent properare ſal-
uati. vt nos et miſericordia dei
miſericordes et veritas faciat eſ
ſe veraces. Sicut itaqꝫ per viā
veritatis mens iuſta. ita per vi
am miſericordie ambulat mēs
benigna. nec tamen vnꝙ iti-
nera iſta diuiſa ſunt. quaſi ho
rū bonoꝝ ſingula diuꝰ tramiti
bus expetantur et aliud ſit mi
ſericordia creſcere. aliud verita
tate ꝓficere. nō eſt miſericors
veritatis alienus. nec iuſticie ca
pax eſt pietatis extraneꝰ. nec
vtraqꝫ virtute vtiꝭ q̄ nō vtra-
qꝫ ditatur Caritas robur fidei
fides fortitudo caritatis. et tūc
verum nomen et verus eſt fruc
tus ambarum. cum īſolubilis
manet vtriſqꝫ connexio. vbi eī
ſimul fuerint ſimul deſunt. qꝛ
inuicem ſibi et iuuamen et lu-
men ſunt. donec deſideriū cre-
dulitatis impleat remūeratio
viſionis. et incommutabiliter
videatur et ametur. quod nūc
et ſine fide nō diligiꝭ et ſine di
lectiōe nō creditur. Quia ergo
ſicut aplūs ait ī xp̄o ihū neqꝫ
circumciſio aliquid valet. neqꝫ
preputium. ſed fides que ꝑ di-
lectionē opatur ſimul atqꝫ con
iunctim et caritati ſtudeamus
et fidei. hic enim eſt quidam ef
ficaciſſimus geminarum alaꝝ
volatus: quo ad promerendū
et videndum deum puritas mē
tis attollitur: ne onere curarū
carnalium deprimatur: Nā q̄
ait ſine fide impoſſibile eſt pla
cere deo: idē dicit: Si habuero
omnē fidē ita vt mōtes trāſfe-
ram caritatem autem nō habe
am nichil ſum Unde ſacramen
torum paſchalium diuina miſ
teria digno ſuſcipiantur offi-
tio Duo hec in q̄bꝫ omniū pre
ceptorum doctrina concurrit:
ſtudioſius appetantur quibus
ſinguli quiqꝫ fidelium: et ſacri-
fitium deo efficiantur et tēplū
Inſtet fides ſperare quod cre-
dit: inſtet caritas ꝓpitiare qđ
diligit: vtrūqꝫ amātis ē vtrūqꝫ
credentis: a cui intelligentie cō
ceſſione ſubicimur: eidem pie-
tatis imitatione iūgamur Vox
dei eſt: eſtote ſancti: qꝛ ego ſan
ctus ſum: et vox domini ē Eſto
te miſericordes ſicut et paṫ vr̄
miſericors ē: At ne dubitemꝰ
deo tribui: quod impenditur ī-
digenti: diſpenſatores elemoſi
narum que commertia ieāt au
diamus dicente domino. que
futura ſit iudicij ſui forma: cū
dicit ad dexteram collocatis:

Venite benedicti pr̄is mei poſſi-
dete paratū vobis regnū a con
ſtitutione mūdi · Eſuriui eñ et
dediſtis michi māducare · ſitiui
et dediſtis michi bibere · Pere-
grinus eram et collegiſtis me ·
nudus erā ⁊ operuiſtis me · in
firmus et viſitaſtis me · in car-
cere erā et veniſtis ad me Que
rētibus aūt iuſtis quando aut
qualiter poterint iſta deprehē
dere Reſpondet rex et dicet ill'
Amen dico vobis · ꝙ diu feciſ-
tis vni ex fratribus meis mini
mis michi feciſtis Quid h̄ ope
fructuoſius · quid hac hūanita
te felitius : que vtiq3 laude ſuā
nō fraudanda eſſet · ſi propter
ipſam nature communionem
iuuando homini ab homine p̄
beretur · Sed quia quod non
ex fidei fonte procedit · ad pre
mia eterna non peruenit : alia
eſt conditio celeſtiū opeꝝ · alia
terrenorum Mundana beni-
uolentia in hijs q̄s adiuuat fi
nem habet · criſtiana pietas in
ſuum trāſit auctorem · dum in
ipſū dicamur benigni : quē in
nobis fatem᷑ opari dicēte doī
no Sic luceat lumē veſtrū co
ram hoīibus vt videāt opeā
veſtra bona et magnificēt pa-
trem vr̄m qui in celis ē Gaude
igitur mens fidelis et gloriam
tuā in eius glā qui in te opat̄
agnoſcens · de ipa paſchali feſ
tiuitate ferueſce · Debiti eñ tui

eſt vt ei qui pro omnibus paſ
ſus eſt paratus ſis compati ·
quoniam pia vita ſanctorum
nunquam aliena eſt crucis cri
ſti Dum continentie clauis deſi
deria carnis configit · et corpo
reas cupiditates virtute ſpiri-
tus in ſe habitantis interficit ·
difficile eſt quemq3 in ſe nō ha
bere quod perimat Extinguen
da eſt iracundia · mortificanda
ſuperbia · deſtruenda luxuria :
radix quoq3 auaritie alti⁹ per
ſequenda eſt vt omnium ma
lorum germen valeat excidi ·
ſi eorum potuerit fomes euelli ·
Cum hac autem diligentia in
deſinenter ſit animus excolen
dus · et vtendum ita ſit corpo
re vt rectori ſuo neceſſarium
prebeat natura inferior famu
latum · nunc maxime frenis
continentie caro moderanda
eſt : et quicquid ſublimibus de
ſiderijs obuiat amputandum :
Dum enim congruis purifica
tionibus ad celebrandum paſ
cha domini vtraq3 ſubſtan-
tia preparatur profutura om-
ni tempore conſuetudo nutrit̄
ſeuera in ſubditos imperia de
tumeſcant : ceſſent vindicte pec
cati : et rei criminum ad hos di
es perueniſſe ſe gaudeant : in
quibꝰ a ſanctis pijſq3 principi
bus · etiā publicarū auſteritas
remittitur vltionū · Aboleant̄
odia · deſitiāt ſimultates · pacis

et beniuolentie multiplicer af
fect? · et qui potuit maliciapol
lui: ſtudeat benignitate purga
ri: quoniam iudicium dei ſicut
in mitibus vehemens · ita erit
ī miſericordib9 clemēs et detru
ſis in ignem iehenne propter
inhumanitatem ſiniſtris: dex
tros elemoſinaꝝ pietate lauda
tos: eterna celeſtis regni beati
tudo ſuſcipiet Per dominū no
ſtrum ihesum criſtum qui cum
patre et ſpiritu ſancto viuit et
regnat per omnia ſecula ſeculo
rum amen

De eodem ſermo octauus:

Deuotionis quidem vr̄e
dilectiſſimi noui? hūc
eſſe feruorem · vt ieiu
nijs que domini paſcha precur
runt · multi noſtros preuenia
tis hortatus Sed quia vtilitas
continentie · nō ſolū carnis caſ
tigationi verum etiam mentis
eſt neceſſaria puritati · obſeruā
tiam veſtram ſic cupimus eſſe
perfectā vt ſicut deſiderijs car
nis īſādītis voluptates ita ab
animi ſenſibus excludatis er
rores: nam paſchali feſto ī qd̄
omnia religionis noſtre ſacra
menta concurrūt. is vera et ra
tionabili purificatione ſe pre=
parat cuius cor nulla infideli=
tate polluitur Dicente eñ aplō
omne quod nō eſt ex fide · pec
tatum eſt · inutilia erunt eorū
et vana ieiunia · quos illuſioī

bus ſuis mendacij decepit pa=
ter · et vera criſti caro nō paſcit
Sicut ergo diuinis mandatis
ſacreqꝫ doctrine toto corde fauē
landum · ita omni prudētia ab
impijs eſt ſenſibus abſtinēdū
tunc enim mens ſanctum agit
ac ſpiritale ieiunium · cum er=
roris cibos ⁊ venena abicit fal
ſitatis · que doloſus ac verſut?
inimicus nūc īſidioſius ingerit
quando ipſo venerande feſtiui
tatis curſu · omnis eccleſia ad
intelligenda ſalutis ſue miſ
teria generaliter commouetur
Is enim reſurrectiōis criſti ve
rus et confeſſor ⁊ cultor eſt qui
et paſſione eius nō confundit
⁊ de corporea natiuitate nō fal
litur · nā qdā erubeſcentes euā
gelium crucis criſti · vt auden
tius euacuarēt ſuſceptum pro
mundi redemptione ſupplitiū ·
ipſam vere carnis in deo nega
uere naturam · nō intelligētes
impaſſibilem dei verbi atqꝫ in
commutabilem d'itatē ita incli
natam ad humanam ſalutem
vt et potenter ꝓpria nō amit
teret · et miſericorditer noſtra
ſuſciperet Duplicis itaqꝫ in cri
ſto forme vna perſona eſt et fi
lius dei · idemqꝫ filius hominis
vnus eſt dominus conditionē
ſeruilem cōſilio pietatis accipi
ēs nec legē neceſſitatis incurrēs
quia poteſtate factus eſt huīl
ptāte paſſibil · ptāte mortalis ·

vt ad deſtruendū peccati mor-
tiſqꝫ dominatum · et pene ca-
pax eſſet ſubſtantia infirmita-
tis et michil glorie ſue perderet
natura virtutis. ¶Cum itaqꝫ di
lectiſſimi legentes vel audiētes
euangelium: quedam in domi
no noſtro ihesu criſto cognoſci
tis ſubiecta iniurijs · quedam
illuſtrata miraculis · ita vt in
eodem nunc humana appare-
ant · nunc diuina reſplendeant
nolite quicq̄m horum aſcribe-
re falſitati tanq̄m in criſto aut
ſola ſit humanitas aut ſola di
uinitas: ſed vtrumqꝫ fideliter
credite · vtrumqꝫ humiliter ad
orate · vt in vnitate verbi et car
nis nō ſit vlla diuiſio. Nec q̄a
manifeſta fuerunt in ihesu ſig
na diuina falſa videantur do-
cumenta corporea: vera et co-
pioſa ſunt in criſto teſtimonia
vtriuſqꝫ nature · ad hoc ex di-
uini conſilij altitudine concur-
rentia vt verbo inuiolabili nō
ſeperato a carne paſſibili parti
ceps per omnia intelligatur et
deitas carnis et caro deitatis:
Mēs igit̄ criſtiana fugax mē
datij · diſciplina veritatis · vte-
re diligenter euangelica hiſto
ria: et que fideliter et viſibiliter
ſunt geſta per dominum. tāq̄
ipſa cum apoſtolis aggrega-
ta: nunc ſpirituali ītellectu: nūc
corporeo diſcerne conſpectu:
Da homini ꝙ de muliere puer
naſcitur · da deo ꝙ nec concep
tu leditur virginitas materna
nec partu · Serui formā obuo
lutam pānis vilibus in preſe-
pi iacentem cognoſce/ſed ānun
tiatam ab āgelis: declaratā ab
elementis: adoratam a magis
formā dei confitere · huānum
intellige ꝙ nō declinauit nup
tiale conuiuium · diuinum ap
proba ꝙ aquā conuertit in vi-
num · noſtra tibi innoteſcat af
fectio · cū mortuo amico fletus
impenditur: diuina potētia ſen
titur cum idem poſt quatridua
nā iā fetidus ſepulturā ſolo vo
cis imperio viuificatus erigit̄ ·
Lutum de ſputo et t̄ra fieri cor
porei fuit operis: ſed illinc ſup
litos ceci oculos illuminari nō
dubium eſt illius fuiſſe virtu
tis · que quod principijs natu-
re non dederat · ad manifeſtati
onem glorie ſue reſeruaret: ve
ri enim hominis eſt fatigatio-
nem corporeā ſompni quiete
releuare · ſed veri dei eſt vim ſe
uientium procellarum precep
ti increpatione compeſcere: Ci
bos eſurientibus apponere hu
mane benignitatis et ſotialis
eſt animi · Sed quinque pani
bus ordeaceis et duobus piſci
bus quinqꝫ milia virorum ex
ceptis mulieribus paruuliſqꝫ
ſatiare: q̄s negare audeat op⁹
eſſe deitatis: · Que cooperanti
bus ſecum vere carnis offitijs ·

et ſe homini et hominem ſibi in
eſſe monſtrabat Quia nō ali-
ter in natura humana ſanari
poterāt originalis vulnera ve
tuſtatis. niſi de vtero virginis
carnem ſibi aſſumente dei v̄bo
in vna eademq; perſona ſimul
et caro naſceretur et verbum.
Hanc dilectiſſimi incarnatio-
nis dominice fidem per quam
tota eccleſia corpus eſt criſti. i
concuſſo corde ſeruantes ab oī
bus hereticorum ieiunate mē-
dacijs: et ita vob miſericordie
opera credite ꝑfutura. ita fru
ctuoſe habendam cōtinētie pu
ritatem: ſi mentes veſtre nulla
prauarum opinionū ɔtaminati
one ſorduerint. Abicite exoſa
domīo mūdana argumenta ſci
ētie. p quā nēo ad cognitioēm
veritatis potuit puenire. et hoc
fixum habete in animo quod
dicitis in ſimbolo Credite con
ſempiternum prī filium dei. p
quē facta ſunt oiā et ſine quo
factum ē nichil. ſecundum car
nem quoq; in temporum fine
generatum. Credite hūc cor-
poraliter crucifixum. mortuū
ſuſcitatum. et ſup altitudines
celeſtium dominationum ī pa
tris dextra cōſtitutum. ad iudi
candos viuos et mortuos in e
adem qua aſcendit carne ventu
rum Hoc enim vniuerſis fide-
libus apoſtolꝰ predicat dicēs
Si conſurrexiſtis cum criſto:

que ſurſum ſunt querite. vbi
criſtus ē in dextra dei ſedens.
Que ſurſum ſūt ſapite. non q̄
ſuper terram. Mortui eñ eſ-
tis. et vita veſtra abſcondita ē
cum criſto in domino. Cum eī
criſtus apparuerit vita veſtra
tunc et vos apparebitis cum ip
ſo in gloria Habentes igit̄ di-
lectiſſimi tante promiſſionis fi
duciam. eſtote nō ſolum ſpe ſꝫ
etiam conuerſatione celeſtes. et
q̄uis omni tempore ſtudendū
ſit ſanctificationi et mentis et
corporis. nūc tamen in iſtis q̄
draginta dierum ieiunijs ſolli
citioribꝫ vos pietatis operibus
expolite. nō ſolum in diſtribu
endis elemoſinis. que magnū
habent emendationis effectū.
ſed etiam in remittendis offen
ſionibus. et peccatorum reati
bus relaxādis. vt cōditio quā
inter ſe et hominem deus poſu-
it. nō reſiſtat orantibus. dicen
tes enim ſcd̄m doctrinam doī-
ni dimitte nobis debita noſtra
ſicut et nos dimittimus debito
ribus noſtris. debemꝰ toto cor
de implere quod dicimꝰ. Tūc
enim fiet oīo quod in ſequenti
bus poſtulamus. vt et in tēp
tatioēm nō īducamur. et a ma
lis omnibus liberemur. Per
dominum noſtrum iheſum cri
ſtum Qui viuit et regnat cum
patre et ſpiritu ſancto per infi-
nita ſecula ſeculorum amen:

De eodem ſermo nonus.

In omnibus dilectiſſimi ſolempnitatibus criſtianis nõ ignoram⁹ paſchale ſacramentum eē precipuū. cui digne et congrue ſuſcipiēdo totius nos quidem temporis inſtituta preformāt. Sȝ deuocõnem noſtram preſentes vel maxime dies exigūt: quos illi ſublimiſſimo diuine miſericordie ſacramento ſcim⁹ eē cõtiguos. in quibꝰ merito a ſanctis apoſtolis p doctrinam ſpiritusſancti maiora ſunt ordinata ieiunia. vt per commune cõſortium crucis criſti etiam nos aliquid in eo quod propt̃ nos geſſit ageremus: ſicut apoſtolus ait Si compatimur et conglorificabimur: certa atqȝ ſecura eſt expectatio promiſſe beatitudinis vbi eſt pticipatio dñice paſſionis. Nemo eſt dilectiſſimi. cui per conditionem tēporis ſocietas huius glorie denegatur tanq̄ trāquillitas pacis vacua ſit occaſiōe virtutis. Apoſtolus eñ predicat dicēs omnes qui volunt pie viuere in criſto perſecutionem patiēt. et ideo nūq̄ deeſt tribulatio pſecutionis. ſi nūq̄ deſit obſeruātia pietatis. domin⁹ ipſe in exhortationibus ſuis dicit. Qui nõ accipit crucem ſuam et ſeq̄tur me. nõ eſt me dignus. Nec dubitare debem⁹ hanc vocē nõ ſolū ad diſcipulos criſti. ſed ad cunctos fideles totāqȝ eccleſiā pertinere que ſalutare ſuum in hijs qui aderāt vniuerſaliter audiebāt. Sicut ergo toti⁹ eſt tpis pie viuere. ita totius ē tēporis crucē ferre. que ferri vnicuiqȝ ſuadetur: qȝ proprijs modis atqȝ menſuris ab vnoq̄qȝ toleratur. vnū nomē eſt pſecutionis: ſȝ nõ vna eſt cauſa certaminis: et plus plerūqȝ piculi ē in īſidiatore occulto q̄ hoſte manifeſto. Btūs iob alternātibꝰ bonis ac malis mūdi iſti⁹ eruditus pie veraciterqȝ docebat. Nõne tēptacõ eſt vita hoīs ſup terram? qm̄ nõ ſolis doloribꝰ corpis atqȝ ſupplitijs aīa fidel' impetitur. verum etiā ſalua īcolūitate membrorum graui morbo vrgetur. ſi carnis voluptate mollitur. Sed cum caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus carnē: preſidio crucis criſti mēs rationalis inſtruitur. nec cupiditatibus noxijs illecta cõſentit. q̄niam cõtinētie clauis ⁊ dei timorē trāſfigit. In bono ergo ꝓpoſito conſtitutis: inimicitie diſſimiliū diabolo īſtigāte nõ deſunt: et facile in odia ꝓrūpunt: q̄rū īprobi moēs deteſtabiliores fiunt cõpatione rectoꝝ. iniq̄tas cū iuſtitia nõ habet pacē. tpantiam odit ebrietas: falſitati nulla eſt cum veritate concordia;

Nō amat ſuperbia manſuetu
dinem · petulantia verecūdiam ·
auaricia largitatem : et tam p̄
tinaces habet diuiſitas iſta con
flictus vt etiam ſi exterius cō
quieſcat : ipſa tamen pioꝝ coꝛ
dium penetrabilia inquietare
nō deſinat : vt ſit verum qđ q̄
voluerit in criſto pie viuere pſe
cutionem pacietur · et etiā verū
ſit ꝙ omnis hec vita temptati
o eſt Ipſis experimentis ſuis
vnuſquiſq; fideliū edoctus criſ
ti cruce armetur vt criſto dig
nus habeatur Per iſtum vero
agonem dilectiſſimi ad premi
a eterna tendētibus in eo max
ime diaboli inſidiatur aſtutia :
vt quorum nō poteſt peruer
tere probitatem · ſubruat fidē :
in aliam enim transfertur viā
quiſquis a confeſſione verita
tis abducitur : totuſq; ei⁹ cur
ſus abſceſſio eſt : et tanto erit
morti vicinioꝛ : quāto fuerit a
catholica fide longinq̄oꝛ : Qđ
etiam in diebus noſtris p ſuā
patiuntur iniuriam : qui de ſpi
ritu olim deſtructi erroris olim
q; dampnati veterem inſamiā
conceperunt : qui geminam in
criſto audent negare naturam
aut nō ſuſcepta carnis ſcʒ veri
tate : aut in carnē deitate cōuer
ſa · vt aut ſecundum maniche
um nulla eius ſit reſurrectio ·
cuius nulla eſt paſſio · aut ſecū
dum appollinarē ipſa deitas v̄
bi mutabil' · ipſa ſit facta paſſi
bil' : hoc autem ſentire : hoc au
ribus criſtiane plebis ingere
re · quid aliud eſt · ꝗ̄ ip̄a r̄ligi
onis noſtre fundamenta con
uellere : et etiā ꝙ verus filius đi
verus ſit hominis filius dene
gare · In quo ſolo eſt humani
generis reſtitutio teſtificata p
legem : promiſſa per propħas
et omnibus veteris teſtamenti
ſignificationibus nunciata : vt
magnum illud et ſeculis omni
bus profuturum diuine miſeri
coꝛdie ſacramentum · quod ſe
pe et diu fuerat ſignificatum ·
in preſtituto tempoꝛe nō dubi
taretur īpletum : Unde licet ex
quo verbum caro factum eſt ·
ita in criſto dei atq; hōis vna
perſona ſit vt nullis actionib⁹
fiat vtuſq; nature diuiſio · ſtu
det tamen euangelica veritas :
ipſum quem dei filium predi
cat · ſepiſſime filium hōīs cō
fiteri vt quamuis ea que diſſe
runtur · alia ſint humanitatis
alia deitatis : ſub nomine tamē
filij hominis vtraq; memoꝛen
tur ne fides dominū noſtrū ihe
ſum criſtum natū ex maria vir
gine deum ſimul atq; hominē
creditura cunctetur fatei : aut
in deo humanitatem aut in ho
mine deitatem · et in verbo ſuſ
cepti hominis vera ſit humani
tas · et in carne ſuſcipientis dei
veri maieſtas · Hec dilectiſſimi

per occaſionē feſti paſchalis ·
cui puritatē cordium preparare
debemus de incarnatione verbi
perſtrinxiſſe ſuffitiat· hinc qm̄
aliquotiens īſtructos vos eſſe
meminiſtis nunc deuotionē ve
ſtram de eo quod tpus poſcit
admoneo vt ſanctū et ſalubre
ieiuniū opibus pietatis ornē-
tis: et quia pro īdulgētia maxi
me elaborandum eſt delictorū
indubitabilem vobis diuinā mi
ſericordiā ꝓmittatis· ſi ipſi q̄q3
erga ſubditos vr̄os omnē of-
fenſam trāſtuleritis ad veniā :
placidos eñ atq3 cōcordes ad
tātam feſtiuitatem decet popu
los dei conuenire · vt ſeueritas
vltionum que nūc etiā in pub
licis iuditijs relaxatur · multo
magis in criſtianoꝝ cordibus
mitigetur · quia ad hoc potius
intēta debet eſſe cura ſanctorū:
ne vllus algeat: ne vllus eſuri
at ne quis īopia d̄ſitiat · ne q̄s
merore tabeſcat · ne aliquē vin
cula aſtrictum · ne aliquem ha
beat carcer īcluſum · Quanteli
bet enim exiſtāt cauſe offenſio
nis · ab homine tamen in homi
nem nō tam delicti magnitudo
q̄ꝫ nature eſt cogitāda commu
nio · vt de iuditio quo alterum
iudicat miſericordiā dei iudicā
tis obtineat · Beati enim miſe
ricordes quoniam ipſorum mi
ſerebit deus Qui viuit et reg-
nat in ſecula ſeculoꝝ amen

De eodē ſermo decimus

INter oēs dilc̄iſſimi dies
quos m̄ltis modis ho
norabiles habet criſti
ana deuotio · nichil eſt excellen
tiꝰ feſtiuitate paſchali · p quā i
eccl̄ia dei vniuerſarum ſolemp
nitatum dignitas conſecratur
Siquidē ipſa etiā domini ex ma
tre generatio huic fuit impēſa
ſacramento : nec alia fuit dei fi-
lio cauſa naſcendi : q̄ꝫ vt cruci
poſſ3 affigi · in vtero enim vir
ginis ſuſcepta eſt caro mortal
in carne mortali completa eſt
diſpoſitio paſſioīs · Effectūq3 ē
ineffabili conſilio miſericordie
dei · vt eſſet nobis ſacrifitiū re-
demptionis abolitio peccati et
ad eternam vitā initium reſur-
gendi : Conſiderantes aūt q̄d
per crucem domini adepta eſt
vniuerſitas mūdi cognoſcimꝰ
ad celebrandum paſche diem
merito nos quadragita dierū
ieiunio preparari vt digni poſ
ſimꝰ īntereſſe diuinis miſterijs
Non enim ſummos tantū an
tiſtites · aut ſecundi ordīs ſacer
dotes : nec ſolos ſacramētorū
miniſtros : ſed omē corpus ec-
cleſie vniuerſūq3 fideliū nūerū
ab oībꝰ ꝯtaīatioībꝰ oꝫ eſſe pur
gatū vt tēplū dei cui fundamē
tum ē ipē fūdator i oībꝰ lapidi
bus ſpetioſū et ī tota ſui pte ſit
lucidū Nam ſi regum edes et
ſublimiorū pretoriā poteſtatū

omni ornatu rationabilit̄ exco
luntur vt excellentiora ſint eo
rum domicilia· quorum ampli
ora ſunt merita· quanto opere
edificandum · quanto eſt ho=
nore decorandum deitatis ipſi
us habitaculum· quod licet in
choari et perfici ſine ſuo aucto
re nō poſſit · habet tamen ab
edificante donatum vt etiā la=
bore proprio querat augmen
tum Viua etiam rationalis ma
teries ad extructionem templi
huius aſſumitur et per ſpiritū
gratie vt voluntarie in vnā cō
pagem congruat incitat̄ Que
ideo dilecta ideo queſita eſt ·vt
et ipſa ex nō querente querēs
ex nō diligente ſit diligens di
cente beato iohanne apoſtolo
Nos ergo diligamus inuicē
quia deꝰ prior dilexit nos Cū
igitur et omnes ſimul et ſingu
li quiqꝫ fidelium vnum idemqꝫ
templum ſint: ſicut ꝑfectū hoc
ī vniūſis: ita ꝑfectum debet eē
in ſingulis : quia et ſi nō eadē
ē mēbrorum omnium pulchri
tudo: nec in tāta varietate ꝑti=
um meritorum poteſt eē pari
litas: communionē tamē obti-
net decoris: connexio caritatis
In ſancto enim amore conſor=
tes etiam ſi nō eiſdem vtunt̄
gratie beneficijs· gaudent tamē
bonis inuicem ſuis : et nō pōt
ab eis extraneum eſſe quod di
ligunt quia incremento diteſ'

cūt proprio: qui profectu letā
tur alieno In hac dilectiſſimi
vnitate ſanctorum vbi idem a
matur idem diligitur · idemqꝫ
ſentitur: nec ſuperbis locus eſt
nec īuidis: nec auaris et q̄cq̄d
eſt quo aut vaītas gloriatur ā
ira ſeuit· aut luxuria laſciuit :
nō in criſti federe ſed in diaboli
parte cenſetur lōgeqꝫ a ſedibꝰ
pietatis excluditur· Fremit ita
qꝫ īnocentie aduerſariꝰ · pacis
inimicus: et quia ipſe in verita
te nō ſtetit: totāqꝫ nature glori
am dum ſuperbit amiſit: dolet
hominem dī miſericordia repa
rari et in ea bona que ipſe per
didit introduci Nec mirum ſi
peccati auctor probitate recte a
gentium cruciatur · et eorū q̄s
deicere n̄ poteſt ſtabilitate tor
quetur quandoquidem etiā in
ter homines reperiuntur qui o
pera huius malignitatis imi'
tentur Multi enim quod dolē
dum eſt profectibus vtuntur
alienis · et quia ſe virtutibus
vacuos deſpici nouerūt armā
tur in eorum odium quorū nō
ſequūtur exemplum Serui au
tem dei ⁊ diſcipuli veritatis· eti
am diſſimiles ſui diligunt : et
bellū vicijs potiꝰ q̄ꝫ hominibꝰ
induunt· n̄lli malū pro malo
reddentes· ſed correctionē pec=
tātiū ſp̄ optātes: Pulchrū ei
valde ē et diuīe beniuolētie cōpā
dū ſui queqꝫ in altero meminiſſe

et amare propriā etiam ī hoſ'
te naturā· ſiquidem plurimos
nouim⁹ ī optimos mores trā
ſiiſſe de peſſimis· vt ex ebrioſis
ſobrios: ex crudelib⁹ miſericor
des· ex rapacib⁹ largos· ex in
continentibus caſtos· ex feroci
bus factos eſſe tranquillos Di
cente autē domino· nō veni vo
care iuſtos ſed peccatores. nul
li criſtiano quempiā odiſſe per
mittitur· q2 neō niſi ī remiſſione
pccōꝝ ſaluatur: ⁊ quos viles fe
cit humana ſapientia: neſcim⁹
ꝗ̃ꝑ pretioſos ſpiritualis factu
ra ſit gratia Sit ergo ſanctus
dei populus ſit benignus· ſanc
tus vt declinet prohibita: beīg
nus vt faciat imperata· quam
uis enim magnum ſit habere
fidem rectam · ſanamq3 doctri
nam· et multa laude digna ſit
circumciſio gule· lenitas man
ſuetudinis· puritas caſtitatis·
nude tamē ſunt omnes ſine ca
ritate virtutes· nec poteſt dici
in qualibet morum excellentia
fructuoſum quod nō dilectio
nis part⁹ ediderit· vnde in io
hānis euāgelio dominus ait·
In hoc cognoſcēt omnes quia
diſcipuli mei eſtis. ſi dilectionē
habeatis inuicem · et in eiuſdē
apoſtoli epiſtola legitur Kmī
diligamus inuicem quoniā ca
ritas ex dō eſt: ⁊ omnis qui di
ligit ex deo natus eſt et cognoſ
cit deum: et qui nō diligit non

nouit deum· quoniā deus cari
tas eſt Diſcutiāt ergo ſe fideliū
mentes · et intimos ſui cordis
affectus vera examiātione diiu
dicent· At ſi r̄poſitum aliquid
in cōſcientijs ſuis de fructib⁹ ca
ritatis inuenerint deum ſibi in
eſſe non dubitent· et vt magis
magiſq3 tanti hoſpitis ſint ca
paces fiāt perſeuerāter ī miſeri
cordie opibus āpliores: ſi enī
dilectio deus eſt: nullum habe
re debet terminum caritas· q̃a
nullo poteſt claudi fine diuini
tas. Ad exercendū igiť dilc̄iſſi
mi caritatis bonum ꝗ̃ꝑuis tem
pus omne ſit congruum· pre
ſentes tamen dies ſpeciali⁹ co
hortātur vt qui paſcha dn̄i ca
piūt cū aī ⁊ corporis ſanctifica
tiōe ſuſcipe· hāc maxime grā3
conenť acq̃rere: q̄ et oīm cōtie
tur ſūma v̄tutū et multitudo te
giť pccōꝝ: et ideo celebraturi
illd' eminēs ſup oīa ſacramētū
q̄ īiq̃tates nrās ihū criſti ſang
uis aboleuit: p̄mitijs mīe hoſti
as preponemus et qd' nob̄ boni
tas dei ↄtulit: nos quoq3 eis q̄
ī nos peccauē p̄ſte⁹ In obliui
onē mutē² iiurie: ſupplitiū neſ
ciāt culpe: et a vīdcē metu oēs
ſubditoꝝ abſoluā² offēſe: Nei
nē teneāt clauſtra peālia: nec ī
cuſtodijs tēbroſꝭ taſtes r̄oꝝ ge
mit⁹ pſeuerēt: Si q̄ſq̄ꝫ tales ꝑ
q̄dā delcō obnoxios tēt pccōrē
ſe eē n̄ dubitet ⁊ vt īdlgētiā ipe

accipiat gaudeat ſe īueniſſe cui parcat vt cū ſcd̄m doctrinā dei dicimus. dimitte nobis debita noſtra ſicut et nos dimittim⁹ debitoribꝰ noſtris. non ambigimus per noſtre oracōnis formam diuinam nos obtinē clementiam. In pauperes q̄qꝫ et diuerſis debilitatibꝰ īpeditos. beignior tūc largitas exerceat vt gracie deo multorum voce referantur: et ieiunijs noſtris egenorū refectio ſuffragetur. nulla enim deuotione fidelium mag⁹ domin⁹ delectatur. q̄ꝫ iſta que pauperibꝰ eius impenditur. et vbi curam miſericordie inueīt ibi imaginem ſue pietatis agnoſcit. Nō timeatur ī hijs expenſis defectio facultatū. quoniam ipſa benignitas maxima ſubſtantia eſt. nec poteſt largitatis deeſſe materies vbi criſt⁹ et paſcit ⁊ paſcitur In omnibꝰ hoc opere illa īteruenit man⁹ q̄ panem frangendo auget. et erogando m̄ltiplicat Secur⁹ ⁊ hilaris ſit elemoſine diſtributor. quia tunc maxime lucrum habebit qū ſibi minimū reſeruarit dicente beato paulo aplō. Qui aūt miniſtrat ſemen ſeminanti. et panem ad manducādū preſtabit et m̄ltiplicabit ſemen veſtrum ⁊ augebit īcremēta frugū iuſtitie veſtre in criſto ihesu domino noſtro. Qui viuit et regnat cum patre et ſpiritū ſancto per omnia ſe. ac.

De eodem ſermo vndecimus.

In omnibus quidē dilectiſſimi diebus atqꝫ temporibus. quedam nobis diuine bonitatis ſigna prefixa ſunt et nulla pars anni a ſacris eſt aliena miſterijs vt dum vbiqꝫ nobis preſidia noſtre ſalutis occurrunt. inuitantem nos ſemper miſericordiam dei auidius expectamus: ſꝫ quicq̄d illud eſt quod in diuerſis gratie operibus et donis reparationi humanarum cōfertur animarum totum id nobis nūc euidentius et copioſius p̄ſentatur. quando nō particulatim quedam agenda. ſed ſimꝉ ſunt oīa celebranda. Appropinquante eñ ſūma feſtiuitate paſchali adeſt maximum ſacratiſſimumqꝫ ieiunium qd̄ obſeruantia ſui vniuerſis fidelibꝰ ſine exceptione denūtiat Quia nemo tam ſanctus. vt nō ſanctior. nemo tam deuotus vt nō debeat eſſe deuotior Quis enim in huius vite conſtitutus īcerto. aut immunis a temptatione aut liber īueniatur a culpa? Quis eſt qui nichil ſibi v̄tutis adici. aut cui nichil vicij optet auferri. cum et aduerſa noceāt et ſecunda corrumpant nec minoris ſit periculi carere deſiderātis q̄ꝫ habundare conceſſis In fidie ſunt ī diuitiaꝝ āplitudīe.

inſidie in paupertatis anguſ-
tijs Ille eleuant ad ſuperbiam
hec incitant ad querelam. Tēp-
tat ſanitas. temptat īfirmitas
dum et illa materia eſt negli-
gentie. et hec cauſa triſtitie. La-
queus eſt in ſecuritate. laque9
in timore. nec intereſt vtrum
animus qui terreno tenetur af
fectu. gaudijs occupetur an cu
ris. cū par morbus ſit. vel ſub
vana delectatione languere. vel
ſub anxia ſollicitudine labora-
re Impletur itaqz per ōnia ſen
tentia veritatis qua diſcimus ā
guſtam eſſe et arduā viā q̄ du
cit ad vitam. Et cū latitudo iti
neris ad mortē trahentis mul
tis frequentetur agminib9. in
ſalutis ſemitis paucorum ītrā
tium ſunt rara veſtigia. Unde
autem populoſior eſt via leua
q̄ dextera: niſi quia ad mūda-
na gaudia et corporalia bona
multitudo procliuis eſt Et quā
uis caducum ſit incertūqz quod
cupitur. libentius tamen ſuſci-
pitur labor pro deſiderio volup
tatis q̄ pro amore v̄tutis: ita
cum innumeri ſint qui inuiſibi
lia concupiſcant: vix īueniunt
qui temporalibus eterna pre
ponant Et ideo dicente apoſto
lo: que videntur temporalia
ſunt: que autem nō videntur e
terna ſūt. latet quodammodo
et in abſcondito eſt virtutum
via: quoniam ſpe ſalui facti ſu
mus: et fides vera id ſuper om
nia diligit: quod nullo ſenſu
carnis attingit Magni eſt er
go operis et laboris mobilita
tem cordis ab omnibus conti
nere peccatis: et cum vndiqz ī
numere vanitatū illecebre blā
diantur: ad nulla contagia vi
gorem animi relaxare Quis tā
git picem et nō inquinatur ab
ea Quis non infirmatur in car
ne: Quis non ſordeſcit in pul
uere Quis poſtremo tante eſt
puritatis vt hijs non pollua
tur ſine quibus vita non duci
tur: Iubet enim per apoſtolū
diuina ſcptura. vt qui habent
vxores tamq̄ non habentes
ſint et qui flent tanquam non
flentes. et qui gaudent tanquā
non gaudentes. et qui emūt tā
quam non poſſidentes. et qui
vtuntur hoc mundo. tāquām
non vtantur Preterit enim fi-
gura huius mundi Beata igi
tur mens que peregrinationis
ſue tēpora caſta ſobrietate trāſ
currit. et in hijs per que eā ne
ceſſe ē ābulare nō īmaēt vt ho
ſpita mag9 q̄ dn̄a treor affecti
b9 deſit hūanis et pmiſſioib9 ī
mixa ſit dīnis Hāc āt fortitudi
nē dilecti nulli magis q̄ p̄ntes
et exigūt et ɔferūt dies q̄b9 dū
obſuātia ſpāl īpedit. ɔſuetu-
do ī q̄ pſeuēt acq̄rit Notū eīn
ē vob hoc eē tpus q̄ p totū mū
dū ſeuiēti diabolo acies debeat

criſtiana confligere. et ſi quos aut deſidia tepidos. aut ſollicitudo habuit occupatos. nunc oporteat artius ſpiritalibus iſtrui. et celeſti tuba ad ineundū certamen accendi. quoniam ille cuius inuidia mors itroiuit in orbem terrarum. modo precipuo liuore vrit. modo maximo dolore cruciatur. Videt enī de omnium hoīm genere in adoptionem filiorū dei nouos populos introduci. et per virgīeam eccleſie fecunditatē partus regenerationis augeri Videt ſe dominationis ſue iure priuatū a cordibꝰ quos poſſidebat expelli. eripi ſibi ī vtroqꝫ ſexu milia ſenū. milia iuuenum. milia paruulorum. nec obeſſe cuiqꝫ vel proprium vel originale peccatum vbi iuſtificatio nō meritis retribuitur ſed ſola grē largitate donatur Lapſos quoqꝫ et inſidiarum fraude deceptos peītentie lacrimis ablui et portas miſericordie apoſtolica claue reſeratē ad remedia reconſiliationis admitti Sentit inſuper diem dominice paſſionis inſtare. et illius crucis poteſtate ſe conteri. que in criſto ab omni debito mortis alieno rēdemptio fuit mūdi nō pena peccati. Vt itaqꝫ malignitas frementis inimici nullos habeat ſui liuoris effectus. ad exequenda diuini mandata diligentior eſt aſſumenda deuotio vt tempus ī q̄ omnia diuine miſericordie ſacramenta concurrunt. cum preparatione et animorum ſuſcipiamꝰ et corporum implorātes regimen. atqꝫ adiutorium dei vt ſine quo nichil poſſumus facere per ipſum omnia valeamꝰ implē. Ideo enim datur p̄ceptum vt precipientis queratur auxilium. nec ſe quiſqꝫ per occaſionem infirmitatis excuſet. quia qui preſtitit velle donat et poſſe Dicente enī beato iacobo apoſtolo. ſi quis veſtrum īdiget ſapiētia poſtulet a dō qui dat omnibus affluenter et nō improperat et dabit ei. quis fidelium neſciat quibus virtutibus ſtudere. et q̄bus debeat viciis repugnare. quis cōſcientie ſue aut tā gratioſus. aut tā imperitus eſt arbiter. qui ignoret quid a ſe auferri. aut quid ī ſe oportet augeri. Nemo quippe ita rationis eſt alienus. qui ā conuerſationis ſue nō ītelligat qualitatē. aut cordis ſui ſecreta nō nouerit Nō ergo per oīa ſibi placeat nec ſcd̄ꝫ carnis oblectamenta diiudicet. ſed omnē conſuetudinem ſuam ī diuinorum preceptorum lance cōſtituat. vbi cum alia iubeātur vt fiāt. alia interdicantur ne fiant. iuſto ſe trutinabit examīe qui vite ſue mores ex vtriuſqꝫ pōderis comparatione pēſauerit

Artifex ei miſericordia dei ſplē
didiſſimum in mandatis ſuis
condidit ſpeculum· in quo ho
mo faciem ſue mentis inſpice-
ret· et ꝙ conformis ad imagi-
nē dei· et ꝙ diſſimilis eſſet cog
noſcerꝫ· ꝑcipue vt reiectis pau
lulum carnalibus curis· et oc-
cupationibus inquietis· ſaltē ī
diebus redemptionis et repa-
rationis noſtre a terreis ad ce
leſtia nos cōferaꝰ · Quia vero
ſicut ſcriptum eſt· in multis of
fendimus omnes: miſericordie
primus concipiatur affectus ·
et aliorum in nos delictorum fi
at obliuio· vt illud piiſſimum
pactum: qui nos in dominica ora
tione deuinximus: nullo vindi
cte amore violemus: et dicen-
tes· dimitte nobis debita nr̄a
ſicut et nos dimittimus debito
ribs noſtris· non ſimus in re-
miſſione difficiles: q̄a ad nos
recurret ſiue cupiditas vltionis:
ſiue indulgentia leuitatis: ma
giſqꝫ optandū eſt homini tēp
tationū piculis ſemp expoſito
vt ſuas culpas habeat punitas
ꝙ vt plectat alienas· Quid au
tem conuenientius fidei criſtia
ne ꝙ vt nō ſolum in eccleſia ſꝫ
etiam in omnium domibus fi
at remiſſio peccatorum· Depo
nantur mine: vincula relaxen
tur: quibus ſe multo pernitio-
ſiꝰ qui ea nō ſoluerit religabit
Quod enim quiſqꝫ in alterum
ſtatuit hoc in ſemetipſo ſua le-
ge decernit· Beati vero miſeri-
cordes: quoniam ipſorum mi-
ſerebitur deꝰ· qui in iudiciis ſu
is et iuſtus eſt et benignus· ad
hoc q̄ſdam ſub aliorꝫ eſſe po-
teſtate permittēs· vt ſub equa
moderatione ſeruetur et vtili-
tas diſcipline et manſuetudo
clementie· et nemo audeat alte
rius delictis veniam denegare ·
quam pro ſuis optat accipere
Dicente autem domino· beati
pacifici quoniam filii dei voca-
buntur· deponantur omnium
diſcordiarum odiorumqꝫ cer-
tamina · nec putet ſe quiſꝙ in
paſchali feſto habiturum eſſe
conſortium qui fraternam pā
cem redintegrare neglexerit ·
Apud ſummum enim patrem
qui nō fuerit in caritate fratrū
nō habebitur in numero filio
rum· In diſtributione quoqꝫ e
lemoſinarum et pauperum cu
ra pingueſcant criſtiana ieiu-
nia· et quod ſuis quiſqꝫ deliciis
ſubtrahit debilibus impendat
et egenis· detur opera vt om-
nes deo vno ore benedicant: et
qui aliquam dat portionē ſub
ſtantie ſue ītelligat ſe miniſtrū
miſericordie eſſe diuine· qui ꝑ
tē paupis in manu poſuit lar
gientis vt pccā q̄ baptiſmi aq̄s
aut pn̄ie lacrimis abluūt· etiā
eleōſina deleāt dicēte ſcp̄tura:
Sicut aqua extinguit ignem·

ita eleōſina extinguit peccatū·
per dominum noſtrum ihesū
criſtum qui cum patre et ſpiri
tu ſancto viuit et regnat ī ſecu
la ſeculorum ·

De eodem ſermo duodecimus



Appropinquāte dn̄i ſo-
lēpnitate paſchali ſic ē
ꝑ currēda ieiunij cōſue
tudo· vt nos quadragita dieꝝ
nūer? ad ſanctificationē corpo
ris et mentis exerceat· Suſcep
turi em̄ feſtorū oīm maximum
feſtum· ea nos debemus obſer
uantia prepare vt in cuius re
ſurrectione ſumus reſuſcitati·
in ipſius inueniamur paſſioē
commortui dicēte beato pau
lo apoſtolo · Mortui em̄ eſtis
et vita veſtra abſcondita eſt cū
criſto in deo Cum em̄ criſt? ap
paruerit vita veſtra tūc et vos
apparebitis cum ipſo in gloia
dei Que vero nobis eſt cum cri
ſto participatio· niſi vt deſina
mus eſſe quod fuimus : aut q̄
ſimilitudo reſurrectioīs niſi de
poſitio vetuſtatis· vnde qui ſa
cramentum ſue ꝛ̄parationis ī
telligit· carnis ſe vicijs debet ex
uere et omēs ſordes abicē pec
catorum · vt intraturus nupti
ale conuiuium· ſplendeat veſte
virtutum · Quamuis em̄ benig
nitas ſponſi cunctos ad cōmui
onem regiarum inuitat epula
rum· ſtudendum eſt tamē vni
uerſis vocatis vt ſacrorū cibo-
rum munere nō inueniantur ī
digni· Abutuntur autem qui'
dam patientia dei· ⁊ qui nō ſi't
in conſcientia liberi: fiunt de lō
ga impunitate ſecuri· cum ido
differatur vltio: vt temp? poſ
ſit habere correctio· Miſericor
diam igitur dei noſtri · que nō
vult mortem peccatoris ſꝫ tan
tum vt conuertatur et viuat· n̄
ideo quiſq̄ꝫ tardet amplecti· q̄a
quod meruit non recepit · nec
em̄ quicq̄d differtur aufertur ·
aut condempnationem euaſit·
qui indulgentiam nō queſiuit
cuius quidē implorande non
vna omnibus cauſa eſt· qꝛ m̄l
tis modis multiſqꝫ mēſuris et
peccatum a peccato· et crimen
diſtat a crimine· ſed quia vni'
uerſitas fidelium ad perfectam
innocentiam et ad plenam de-
bet tendere puritatem : vt eorū
conſortio meātur aſcribi de q̄-
bus dicitur Beati mundo cor
de quoniam ipſi deū videbunt
Omni inſtantia et virtute ni-
tendum eſt vt quicquid ſecre-
tum conſcientie maculat quic-
quid aciem mentis obſcurat :
diligētiſſimis emūdatioibꝫ de
leatur Quamuis enim ſcriptū
ſit· quis gloriabitur caſtum ſe
habere cor: aut mundum ſe eſ
ſe a peccato: nō tamen deſperā
da eſt apphēſio puritatis: q̄ dū
ſemper petitur: ſemper accipit
nec ꝛ̄manet iudicio cōdēpnādū

quod fuerit confeſſione purga
tum. Hoc illud eſt dilectiſſimi
quod orãtes omnes eccleſie fi-
lij ex doctrina dñi vniformit͛
dicũt. Dimitte nob̄ debita nr̄a
ſicut et nos dimittimus debito
ribꝫ noſtris. quia nemo tã ſan
ctus nemo tã iuſtus eſt. qui in
tẽpore iſtius vite que tota tẽp
tatio ẽ cuiuſcũqꝫ peccati remiſſi
one nõ egeat. Circũſtant vn-
diqꝫ picula ĩnumerabiliũ delic
torũ. et per licitos vſus ad im-
moderatos tranſitur exceſſus
dum per curam ſalutis irrepit
delectatio voluptatis. et nõ ſuffi
cit concupiſcentie quod poteſt
ſatis eſſe nature. Hĩc habendi
amor nunq̃m ſaciandus exori
tur: hinc cupiditas eminendi.
que vel ſtirpi ſue innixa vel ſo-
boli nunc ꝑlem habet ſuperbi
am nũc parentẽ. Hijs autem
et alijs temptatioĩbꝫ quarum
multiplex ẽ et infinita cõnexio
que rectius virtus q̃ continen-
tia opponitur: que nutriendis
atqꝫ ſeruandis animi et corpo
ris bonis et incrementa prebet
et roborat. Vnde in celeſtibus
eccleſie diſciplinis multũ affe-
runt vtilitatis diuinitus inſti-
tuta ieiunia. vt dum continen
tie legibus carnalis ſubicitur
appetitus motus quoqꝫ ĩterior
temperetur. ac ſicut corpus a
